



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

6 Decimae an de jure divino, vel positivo debeantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

cilla cum filio liberæ : itaque fratres non 6  
sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate  
Christus nos liberavit, c. 4. ad eisdem & ita  
scribens testatur manifestissimè , ejcien  
dam esse legem veterem , quæ, tanquam  
ancilla fuit legis Evangelicæ , unde alibi,  
translato Sacerdotio necesse est , ut legis  
quoque translatio fiat: idem Paul. ad Hebr.  
c. 7. & Covar. eod. c. 17. nu. 1.

Moralia autem † veteris legis præcepta  
adhuc vim habent, & perpetuo habebunt,  
non ex auctoritate veteris legis, sed ex eo,  
quod sint à natura ipsa instituta, & à Christo  
Iesu in lege Evangelica eadem ratione,  
qua, & naturalia debuerunt, & sunt, præ  
cepta, ut per Sot. lib. 2. de just. & jur. quest.  
5. artic. 4. concl. 2. cap. fin §. hu itaque, 6. dist.  
& Monet. eodem tract. cap. 1. nu. 8. Judicia  
lia præcepta veteris legis servari possunt, &  
servantur, non tamen , tanquam ex veteri  
lege, sed quia noviter lege humana sunt  
constituta, ut eodem titulo . de injur. & c. 1.  
de homicid. Ceremonialia vero , nec ser  
vari, nec lege lata iterum institui potest,  
ut serventur, S. Thom. par. 2. quest. 104.  
ad 3. in solutione quest. Idem, 2. 2. quest. 104.  
art. 3. & Covar. eodem num. 1. vers. hinc. non  
immerit, nisi in his , quæ licet ceremonialia  
essent, magis pertinebant ad devotionem  
quandam, ac ritum sacrificiorum , &  
eorum ornatum , quam ad futuræ legis,  
Christique nascituræ præfigurationem ,  
quemadmodum sunt vestes sacerdotum,   
altaria, thurificatio, decimarii & primitia  
rum solutio, oblationes, & alia similia, quæ  
etiam per legem Evangelicam à Pontifici  
bus sunt statuta , ut in c. 1. de consecr. dist.  
1. c. un. ex. de puris. poss. per. & post S. Tho.  
Joa. Major , & alios, tenet Covar. eodem  
vers. hinc. in fine

An autem decimæ † jure divino, vel po  
sitivo debeantur, maxima est questio , &  
quod debeantur jure divino, probat San  
ctus Hieronym. super Malchiam relatus, in  
c. revertimini, & S. August. in c. decimæ  
buta sunt, 16. quest. c. Parochianos, c. sua, jh.  
1. & c. in aliquibus, fin. de decim. c. quadra  
gesima, in fin. de consecrat. dist. 5. gloss. 2. in  
c. à nobis , & gloss. penult. in c. nuper , &  
Hostien. in summ. num 9. & 11. eodem titulo  
de decim. Rot. decif. 14. numer. 2. de jud.  
in nov. & decif. 1. num 1. de decim. in antiqu.  
& hanc opinionem esse communem, tenet  
Franc. in c. 1. de decim. relat. per Covar. eod  
em c. 12. num. 2. ver. & præter has, Rebuffi  
in tract. de decimi, c. 1. nu. 9. & Monet. eod.  
c. num. 9;

Contrarium vero, quod licet jure divino  
sint institutæ, tamen, aut præceptum deci  
matum est ceremoniale, ut per Covar. eod.  
c. 17. nu. 1. vers. hinc nov. aut est judiciale, ut  
per Monet. eodem c. 1. nu. 13. & tam cere  
monialia, quæm judicialia præcepta, nunc  
vim legis non obtinent, S. Tho. 1. 2. q. 104.  
art. 3. S. Bonavent. in 4. sentent. dist. 3. art. 3.  
qu. 2. Tiraq. de retract. lign. in prefat. na. 8.  
Covar. d. c. 17. n. 1. cum alijs supra, post prin  
cip. allegatis. & Monet. eod. c. 1. nu. 14. Ideo  
si jure Pontificio fuerint indicæ, jure divi  
no inhærente, & præcepto Pontificio per  
solvit debent, ut probatur.

Primo, auctoritate text. in c. ad Apostoli  
ce, & ex parte , c. non est, c. extra missa, c. à  
nobis , & ferè per tot. ex de decim. c. statuto,  
eodem titulo in 6. & clem. 1. eodem. Co  
var. dicto cap. 17. numer. 2. vers. secundare  
ri, & Monet. dicto cap. 1. numer. 18. &  
Conciliorum eadem Pontifica auctor  
itate factorum , ut per Concilium Mag  
abi, adm non emus , inquit , atque præcip  
mus,

mus, ut decimas dari de oranibus non negligatis, quia Deus ipse sibi dari consuluit, & Conc. Trid. ubi ait, cum decimaru[m] solutio debita sit Deo, & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadant, præcipit omnibus cuiuscunque gradus, & conditionis, ad quos decimaru[m] solutio spectat, ut eas, ad quas de jure tenentur, in posterum Cathedrali, aut quibuscumque aliis Ecclesiis, vel personis, quibus legitime debentur, persolvat, qui vero eas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, ut c. 12. de refor. sess 25. & cap. perynit, de decim.

Secundū, non præscribitur consuetudo contra ius naturale, vel divinum, cap. fin: & ibi Abb. de consuetud: Innocent. in rubric: num: 4. R. o. decim: 7, num: 3, eod: tit. Covar. c: 17, numer: 8, ver: nam, & si possit, & Rebuff. de decim: quest: 13, num: 40. nec præscriberentur decimæ, si præcepto divino deberentur, quæ tamen in quota consuetudine præscribuntur, & in eorum solutione consuetudo est attendenda, c: dilecti, cœcum sint homines, & ibi gloss. in ver: ad consuetudinem, c: ad Apost: in fin: cum aliquibus in fin: & ibi gl: fin: de decim: Covar. eod: n: 8; ver: eas vero decimas, Boer. in consuetu: Bitur: qui de communi opinione testatur, §. 12, tam in prædialibus, quam personalibus, Rebuff. in eod. tract: qu: 13, num: 46: & Monet. c: 5, nu: 87.

Tertiò moveor alio fundamento, nempe, quod communi estimatione in toto dominio Republicæ Christianæ, Ecclesia habet ferè decimam omnium bonorum stabilium, & si in uno dominio minus decima, in alio ultra decimam, & tempore Divi Petri, & Apostolorum Ecclesia non habebat prædia, sed bonorum ecclesia-

sticorum natura exordium habuit ab A[postolis], quibus illi fideles primi bonis venditis eorum pretium dabant, tanquam Christi Vicariis, ut ex eis fideles egeni alerentur Act. Apostol. c. 2, 5. & 6. & Baron. Anna: Eccles: 57: num: 72, & par: 73, 1, sed postea tempore procedente, rationabilibus de causis Episcopi Apostolorum successores, prædia, quæ à pijs vitis donabantur, servabant, ut futuris clericorum, & pauperum necessitatibus providerent, ut in cap:videntes, cap. Episcopus, & c. præcipimus, 12: quest: 1, cum alijs supraductis, in c: 12, par: 1:

Constantinus † enim ille magnus, alij que deinde imperatores, amplissimis dominiis in Judæa, Græca, Asia, Thracia Aphrica, & Italia, ac Insulis, possessionibus, & prædiis Ecclesiam ditarunt, ut in c. Constantiu: 96: distinct, de plene supra, in c: 12. à nu. 3, usque ad nu. 10, quibus ubi decimaru[m] quota diminuta reperitur, præsumitur ex causa dominiorum, possessionum, & prædiorum Principum, & aliorum piorum virorum largitione Ecclesiæ acquisitorum ita compositum fuisse, & valet compositio. c: 3, c: veniens, & Abb: in c: dilecti, in fin: de transact: Rebuff. qu: 13, n: 26, & Monet. q: 5, n: 121, de decim. Et hac de causa ferè de toto agro Bononiensi non solvuntur decimæ, quia olim illa Repub. assignavit Archiepiscopo pro decimis Castrum Centi, & Castr. Plebis. Archiepiscopus Taurinensis cum pluribus Communitatibus composuit, à quibus percipit annis singulis summarum conventam auctoritate Apostolica approbatam † loco decimaru[m], & sic ubique, ubi auctoritate Apostolica decimaru[m] compositio facta fuit, ad formam transactionis persolvitur,

V y z At,